COLLEGIUM UNIVERSI JURIS CANONICI

ANTEHAC

JUXTA TRIPLEX JURIS OBJECTUM PARTITUM;
Nunc vero servato ordine Decretalium accuratius translatum, & Indice copioso locupletatum; cui præter Tractatum de Privilegiis Monasteriorum, novissime accessit aureus liber, qui Manuale Parochorum inscribitur.

OMNIBUS TAM IN FORO, QUAM IN SCHOLIS apprime utile, ac necessarium.

AUCTORE
P. LUDOVICO ENGEL,

EX MONASTERIO EXEMPTO MELLICENSI ORDINIS S. P. BENEDICTI Inferioris Austriæ, J. U. D. Eminentissimi, Celsissimi ac Reverendissimi Principis & Archi-Episcopi Salisburgensis Consiliario Ecclesiastico, & in Alma Universitate Salisburgensi Pro-Cancellario, ac Sacrorum Canonum Professore Ordinario.

ADJECTÆ SUNT
ANNOTATIONES

PLURIM. REVERENDI, MAGNIFICI, ET DOCTISSIMI DOMINI

CASPARI BARTHEL,

ECCLESIÆ HAUGENSIS AD UTRUMQUE S. JOANNEM HERBIPOLI DECANI &c.

Juxta exemplar Beneventi editum an. MDCCLX.

SUPERIORUM PERMISSU.

MANTUÆ CARPETANORUM.

Ex Typographia Regia (vulgò de la GAZETA) Anno MDCCLXXVII.

Sumptibus Regiæ Typographorum, & Bibliopolarum Societatis.

INDEX
RUBRICARUM DECRETALIUM, SEU TITULORUM

In his quinque Decretalium Libris contentorum, ordine Alphabetico congestus.

A

De Accusationibus, Inquisitionibus & Denunciationibus, l. 5. tit. 1. pag. 356
Adulteriis & stupro, l. 5. tit. 16. 418
Ætate & Qualitate, & Ordine præficiendorum, l. 1. tit. 14. 52
Alienatione Judicii mutandi causa facta, l. 1. tit. 42. 121
Appellationibus, Recusationibus, & Relationibus, l. 2. tit. 28. 175
Apostatis & reiterantibus Baptisma, l. 5. tit. 9. 408
Arbitris, l. 1. tit. 43. 122
Authoritate & Usu Pallii, l. 1. tit. 8. 41

B

De Baptismo & ejus effectu, l. 3. tit. 42. 338
Bigamis non ordinandis, l. 1. tit. 21. 62

C

De Calumniatoribus, l. 5. tit. 2. 399
Capellis Monachorum & aliorum Religiosorum, l. 3. tit. 37. 319
Causa possessionis & proprietatis, l. 2. tit. 12. 133
Celebratione Missarum, & Sacramento Eucharistiæ, & aliis divinis officiis, l. 3. tit. 41. 334
Censibus, exactionibus & Procurationibus, l. 3. t. 39. 327
Clandestina desponsatione, l. 4. tit. 3. 361
Clericis peregrinis, l. 1. tit. 22. 64
Clericis peregrinantibus, l. 2. tit. 29. 180
Clericis conjugatis, l. 3. tit. 3. 184
Clericis non residentibus in Ecclesia, vel Præbenda, l. 3. tit. 4. 185
Clericis pugnantibus in duello, l. 5. tit. 14. 417
Clerico ægrotante vel debilitato, l. 3. tit. 6. 209
Clerico venatore, l. 5. tit. 24. 438
Clerico percussore, l. 5. tit. 25. 438
Clerico excommunicato, & deposito, vel interdicto ministrante, l. 5. tit. 27. 439
Clerico non ordinato ministrante, l. 5. tit. 28. 439
Clerico per saltum promoto, l. 5. tit. 29. 440
Cognatione spirituali, l. 4. tit. 11. 370
Cognatione legali, l. 4. tit. 12. 371
Cohabitatione Clericorum & Mulierum, l. 3. tit. 2. 183
Collusione detegenda, l. 5. tit. 22. 418
Commodato, l. 3. tit. 15. 225
Concessione præbendæ & Ecclesiæ non vacantis, l. 3. tit. 8. 212
Conditionibus appositis in desponsatione, vel aliis contractibus, l. 4. tit. 5. 365
Confessis, l. 2. tit. 18. 140
Confirmatione utili vel inutili, l. 2. tit. 30. 180
Conjugio leprosorum, l. 4. tit. 8. 369
Conjugio servorum, l. 4. tit. 9. 369
Consanguinitate, & affinitate, l. 4. tit. 14. 372
Consecratione Ecclesiæ vel altaris, l. 3. tit. 40. 330
Constitutionibus, l. 1. tit. 2. 7
Consuetudine, l. 1. tit. 4. 25
Conversione conjugatorum, l. 3. tit. 32. 306
Conversione infidelium, l. 3. tit. 33. 308
Corpore vitiatis ordinandis vel non, l. 1. tit. 20. 61
Crimine falsi, l. 5. tit. 20. 434
Custodia Eucharistiæ, Chrismatis, & aliorum Sacramentorum, l. 3. tit. 44. 340

D

De Decimis, primitiis, & oblationibus, l. 3. t. 30. 285
Delictis Puerorum, l. 5. tit. 23. 438
Deposito, l. 3. tit. 16. 226
Desponsatione Impuberum, l. 4. tit. 2. 359
Dilationibus, l. 2. tit. 8. 132
Divortiis, l. 4. tit. 19. 385
Dolo, & Contumacia, l. 2. tit. 14. 137
Donationibus, l. 3. tit. 24. 257
Donationibus inter virum & uxorem, & de dote post divortium restituenda, l. 4. tit. 20. 389

E

De Ecclesiis ædificandis vel reparandis, l. 3. tit. 48. 342
Electione & electi potestate, l. 1. tit. 6. 29
Emptione & Venditione, l. 3. tit. 17. 228
Eo, qui mittitur in possessionem causa rei servandæ, l. 2. tit. 15. 138
Eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium, l. 4. tit. 7. 368
Eo qui cognovit consanguineam uxoris suæ, vel sponsæ, l. 4. tit. 13. 372
Eo qui Ordinem furtive suscepit, l. 5. tit. 30. 440
Exceptionibus, l. 2. tit. 25. 162
Excessibus Prælatorum & subditorum, l. 5. tit. 31. 440

F

De Feriis, l. 2. tit. 9. 131
Feudis, l. 3. tit. 20. 239
Fide instrumentorum, l. 2. tit. 22. 150
Fidejussoribus, l. 3. tit. 22. 250
Filiis Presbyterorum ordinandis, vel non, l. 1. tit. 17. 58
Foro competenti, l. 2. tit. 2. 116
Frigidis & maleficiatis, & impotentia coeundi, lib. 4. tit. 15. 376
Furtis, l. 5. tit. 18. 424

H

De Hæreticis, l. 5. tit. 7. 406
His quæ vi metusve causa fiunt, l. 1. tit. 40. 107
His, quæ fiunt a Prælatis sine consensu Capituli, lib. 3. tit. 10. 215
His, quæ fiunt a majore parte Capituli, l. 3. tit. 11. 215
His, qui filios occiderunt, l. 5. tit. 10. 409
Homicidio voluntario & casuali, l. 5. tit. 12. 410

I

De Immunitate Ecclesiarum, cœmeterii, & rerum ad eas pertinentium, l. 3. tit. 49. 343
Infantibus & languidis expositis, l. 5. tit. 11. 410
In integrum restitutione, l. 1. tit. 41. 108
Injuriis & damno dato, l. 5. tit. 36. 448
Institutionibus, l. 3. tit. 7. 212

Ju-

PROŒMIUM,
DE JURIS CANONICI ORIGINE,
Divisione, & Auctoritate.

SUMMARIUM.

1 *JUS Canonicum quid?*
2 *Quæ ejus origo?*
3 *Corpus Juris Canon. habet VI. partes.*
4 *De Decreto Gratiani.*
5 *Qualem auctoritatem habeat, discutitur late.*
6 *De Paleis.*
7 *Alii Antiquiores Gratiano SS. Canon. Collectores.*
8 *Decretales Gregor. IX. earumque divisio, materia, & obligatio.*
9 *Sextus Decretalium.*
10 *Clementinæ, & Extravagantes.*
11 *Septimus Decretalium, & quænam ejus auctoritas?*
12 *De Concil. Trident. & an obliget, ubi non receptum?*
13 *Bullarium & ejus auctoritas.*
14 *Regulæ Cancellariæ.*
15 *Declarationes Cardinalium.*
16 *Debent habere III. requisita, ut obligent.*
17 *Rota Romana, & ejus auctoritas.*
18 *De Canonum contrarietate.*
19 *De confœderatione & contrarietate Juris Canonici & Civilis.*

ELeganter monet J. C. Cajus *in L. 1. ff. de Origin. Juris* inconveniens esse interpretationem proponentibus, omissis initiis, atque origine non repetita, & illotis, ut ita dixerim, manibus protinus materiam interpretationis tractare, cum præfationes libentius nos ad lectionem propositæ materiæ inducant, & cum eo ventum est, evidentiorem præstent intellectum. Hujus celeberrimi Jurisperiti consilium sequentes, antequam ad specificas Juris Canonici materias descendamus, prius quædam scitu necessaria de Jure Canonico in genere, ejusque Origine, Divisione, & Auctoritate præmittemus.

JURI *operam daturum* inquit Ulp. *in L. 1. ff. de Just. & Jure, prius nosse oportet, unde nomen JURIS descendat. Est autem a justitia appellatum, & est ars æqui & boni. Justitiam namque colimus*, pergit Ulpian. *æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes, bonos non solum metu pœnarum, verum etiam præmiorum quoque exortatione efficere cupientes: veram, nisi fallor, Philosophiam, non simulatam affectantes.* Unde & *Justitiam* definit Imp. *in princip. Instit. de J. & J.* quod sit *constans & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi.* Et mox in §. 1, describit *Jurisprudentiam*, quod sit, *divinarum atque humanarum rerum notitia, justi atque injusti scientia.* Circa quas difinitiones seu descriptiones plures speculativas quæstiones passim accumulant Interpretes, quibus, utpote non multum utilitatis habentibus, supersedemus. Illud vero se ipsum insinuat, quod *Jus* aliquando accipiatur pro

Engel, in Decretal. Lib. I.

ipsis legibus seu constitutionibus, aliquando pro legum notitia & scientia, & aliquando pro materia & objecto legum, ut in illis verbis: *Jus suum cuique tribuendi.* JURIS, quatenus pro lege seu constitutione accipitur, varias divisiones in sequentibus trademus; ad propositum vero, et quatenus sive pro legibus, sive pro legum scientia sumitur, nota & vulgaris est divisio in Jus *Canonicum & Civile*: istud in *Corpore Juris Civilis* sedem habens suis Expositoribus relinquimus; illud, quantum cum DEO poterimus, fundamentali brevitate explicaturi.

IGitur Jus CANONICUM, si nominis Etymon spectes, a græca voce *Canon*, quæ regulam significat, denominatum est, *cap. 1. dist. 3.* Unde definiri solet Jus Canonicum, quod sit jus ex sacris Canonibus, id est, regulis Ecclesiasticis collectum, & ad recte vivendum æternamque salutem acquirendam institutum. 1

Porro primo origo Juris Canonici non inepte a DEO desumi posse videtur, qui primus præcepta Decalogi, aliasque recte vivendi regulas hominibus præscripsit, quas deinde summi Pontifices in suis Canonibus circa singulos casus & hypotheses latius exposuerunt: v. g. præceptum divinum est, *non occidere, non furari, uxorem non cognoscere, &c.* sed quando, & qualiter in singulis factis contra hæc præcepta peccetur, & peccatum puniendum sit, Canones declararunt, ut propterea non immerito studium Juris Canonici *studium divini Juris* appelletur *in cap. 2. de Privilegiis in 6.* Canones autem isti Jus Divinum declarantes, & reliqua ad gubernationem Christiani populi pertinentia statuentes in nova lege primum ab Apostolis introducti, & a Clemente I. Romano Pontifice (qui sedit circa annum Domini nonagesimum primum) in unum congesti, Canones Apostolorum nuncupati sunt, iique in Decreto Gratiani ad finem ponuntur. Postea Successores Apostolorum SS. Pontifices alias & alias constitutiones, & sanctiones Canonicas addiderunt, ex quibus Corpus nostrum *Juris Canonici* compositum est, cui novissime Concilium Tridentinum & Bullarium accessit. 2

Ad *Corpus Juris Canonici* quod attinet, facile patebit inspicienti, illud dividi in VI. partes: videlicet in *Decretum Gratiani, Decretales Gregorii IX. Sextum Decretalium Bonifacii VIII. Clementinas Clementis V. Extravagantes Joannis XXII. & demum Extravagantes Communes.* 3

DECRETUM GRATIANI a suo Auctore Gratiano Ordinis S. P. Benedicti ex Monasterio S. Felicis Bononiensis nomen traxit, qui anno 1150. tempore Eugenii III. hoc opus ex diversis summorum Pontificum & Conciliorum decretis, SS. Patrum scriptis, Imperatorum etiam legibus & sanctionibus compilavit, ac *Concordiam discordantium Canonum* appellavit. Solet Gratianus in hoc suo opere dubias quæstiones ab initio proponere, & pro utraque contradictionis par- 4

TRACTATUS DE PRIVILEGIIS ET JURIBUS MONASTERIORUM

Ex Jure Communi deductus.

PRÆFATIO.

De Origine, Instituto, & fructu Monasteriorum, unde tot Privilegia, & favores mereantur.

1 *ORigo, & antiquitas Monasteriorum.*
2 *Ordo S. Benedicti jam durat in duodecimum seculum.*
3 *Diversorum Ordinum unus finis.*
4 *Quare diversi Ordines instituti?*
5 *Præconia SS. PP. & Scripturæ de Instituto Monastico.*
6 *Quid splendoris, & utilitatis Religio conferat Ecclesiæ?*
7 *Quot Pontifices, Cardinales, Patriarchæ, Episcopi, Sancti, Scriptores, Viri docti ex solo Ordin. S. Benedicti prodierint.*
8 *Religio vera mater dignitatum, Apostolatus, & scientiarum.*
9 *Justinianus Imp. extollit vitam Monasticam.*
10 *Odium Religiosorum periculosum fidei.*
11 *Respondetur querelis aut calumniis, quæ vulgo Religiosis opponuntur.*
12 *Quid seculari Imperio conferat Religio?*
13 *Ex recensitis meritis Monasteriorum fit conclusio ad propositum.*

LEctor benevole, exhibeo tibi *Privilegia Monasteriorum*, non quidem ea, quæ singulis in particulari hinc inde specialiter a Pontificibus, vel Imperatoribus concessa sunt, de quibus mihi sufficienter non constat, sed ea tantum, quæ *ex Jure communi* pro favore omnium deduci possunt.

Puto laborem profuturum non tantum Monasteriis, sed etiam Judicibus, Advocatis, Studiosis, & reliquis omnibus tam secularibus, quam Ecclesiasticis, quibus aliquando cum Monasteriis circa contractus, hæreditates, aliasve prætensiones negotium esse poterit. Ut vero facilius in nostram sententiam traharis, & hæc *Privilegia* jure optimo in Monasteria collata non dubites, hanc brevem dissertationem, *De origine, instituto, & fructu Monasteriorum* præmittere volui.

1 In Exordio nascentis Ecclesiæ, cum ferveret *Charitas*, quæ diffusa erat in fidelium cordibus per Spiritum Sanctum, *omnium credentium erat Cor unum, & anima una, nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia*, eratque quotidie unanimes in oratione, communicatione, & fractione panis, ut *Act. 4. cap. & passim* legitur. Postquam vero dilatata est Ecclesia, & ex persecutionibus Gentilium dispersa, & dissipata, simulque etiam *abundare cœpit iniquitas, & refrigescere charitas multorum*, tunc sancta illa, & generalis fidelium communio cessavit, & tantum penes paucos per Religiosorum Ordinum Fundatores, & Institutores conservata fuit.

2 Ita enim jam S. Marcus Evang. in Alexandria, & Cletus secundus post Petrum Romanus Papa Monasteria, & Cœnobia instituerunt. Quos deinde Anno salutis 369. (pluribus enim antea annis ob gravissimas Ecclesiæ persecutiones hinc inde tantum in speluncis, & eremis pii fideles, & Monachi delitescebant) *Sanctus Basilius* in Ecclesia Orientali, & *Sanct. P. Benedictus* circa annum 500. adeoque ante undecim secula scilic. *mille ducentos* prope annos in Ecclesia Occidentali, & succedentibus seculis alii, & alii sancti Viri imitati sunt. De quibus prolixe agit Barbos. *Jure Eccles. univ. lib. 2. cap. 42.*

Licet vero diversi sint Religiosorum Ordines, unus tamen omnium est scopus, & finis *totum sese addicere ad servitium, & cultum Divinum, & tendere ad perfectionem vitæ Christianæ*, scilicet *declinare a malo, & facere bonum.* Psal. 36. vel ut ait Apostolus: *Renovari spiritu mentis, & induere novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia, & sanctitate veritatis. Ad Ephes. 4. & ad Coloss. 3. 9.* vel, ut Zach. *in Cant.* dicit, *Servire Domino in sanctitate, & justitia omnibus diebus vitæ.* 3

Expediebat autem, diversos instituere in Ecclesia Ordines, quia propter diversas Nationes, humores, & naturas hominum, aliqui *perfectionem* facilius in hoc, quam in illo assequuntur, dum totam hujus rigorem, vel illius laxitatem sine corporis, aut animæ periculo ferre non possunt. *Unusquisque sicut vocavit Deus, ita ambulet, 1. ad Corinth. 7.* 4

Porro vitam Monasticam miris elogiis SS. Patres exornarunt. *Hæc Angelorum militia est*, inquit S. Ambrosius *Epist. 26. semper esse in Dei laudibus. Orationibus crebris conciliare atque orare Dominum student, lectione vel occupationibus continuis mentem occupant, separati a cœtu mulierum sibi invicem vitam præstant, & custodiam. Qualis hæc vita, in qua nihil sit quod timeas, & quod imiteris plurimum? Nonne Monasteriis* (pergit Laur. Justin. *in opusc. de Monastic. Conver. cap. 18.*) *frequentissimæ devotionis lacrymæ, compunctionis gemitus, suspiria pietatis, compassionis, & charitatis ad Deum incessanter effunduntur vota? sane quod Religionis, quod sanctitatis, quod unitatis, quod in eisdem agitur laudis, glorificat Deum, lætificat Angelos: prodest justis, terret Dæmones, patrocinatur seculis, & peccatores ad pœnitentiam pellit. O sacer status Religiosi famulatus*, addit Joan. Gerson. de imit. Christi lib. 3. cap. 11. *qui hominem Angelis reddit æqualem, Deo placabilem, dæmonibus terribilem, & cunctis fidelibus commendabilem.* 5

Imo jam in *veteri Testamento* de statu Religioso non obscura præconia Spiritus Sanctus tradidit. Ita enim Moysis morituri prophetica benedictio *Deut. 33.* super Tribu *Levi* (quæ fuit specialiter addicta ad servitium Divinum) optime Religiosis, & *servis Dei novi Testamenti* accommodari potest: *Perfectio tua*, ajebat, *& Doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, & judicasti ad aquas contradictionis, qui dixit patri suo, & matri suæ: nescio vos, & fratribus suis ignoro vos, & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, pactum tuum servaverunt, Judicia tua o Jacob, & legem tuam o Israel: ponent thymiama in furore tuo, & holocaustum super altare tuum. Benedic Domine fortitudini ejus, & opera manuum illius suscipere, percute dorsa inimicorum ejus, & qui oderunt eum non consurgant*, ita D. Basilius illum versum Psal. 132. *Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare Fratres in unum*, &c. de vita Religiosorum in commune viventium intelligit. Ita S. Bernardus *cant. 4.* id quod Spiritus Sanctus ad Sponsam Ecclesiam dicit, *Dentes tui sicut grex tonsarum*, de Religiosis pulcherrime interpretatur.

Concilium quoque Tridentinum *sess. 25. de Regul. cap. 1.* in hæc verba commendat Monasticum Institutum: *Non ignorat sancta Synodus, quantum ex Monasteriis pie institutis, & recte administratis in Ecclesia Dei splendoris atque utilitatis oriatur. Splendoris* quidem ex cultu Divino, & vitæ sanctimonia ac repræsentatione primævæ innocentiæ: *Utilitatis* autem ex continuis precibus, ex conversione peccatorum, ex multorum ingeniorum, quæ alias in plebeo 6

pul-

MANUALE
PAROCHORUM,
DE PLERISQUE
FUNCTIONIBUS ET OBLIGATIONIBUS
ad Parochias, Parochos, & Parochianos attinentibus;

UT

DE ADMINISTRATIONE SACRAMENTORUM,
de Decimis, Oblationibus, Sepulturis, & Bonis Parochorum; item de Votis, Juramentis, & Usuris.

MATERIIS SCITU UTILISSIMIS, NON TAM CURAM exercentibus, quam Juris Canonici & Civilis Cultoribus, simul & omnibus in Foro versantibus Advocatis & Consultoribus apprime necessarium.

CUM INDICIBUS TITULORUM,
Rerum, & Verborum.

AUCTORE

P. LUDOVICO ENGEL,
ORDINIS SANCTI BENEDICTI,
IN EXEMPTO MONASTERIO MELICENSI,
Juris Utriusque Doctore, Salisburgensi Consiliario Ecclesiastico, Procancellario, ac Sacrorum Canonum primo Professore.

ANNOTATIONES AD UNIVERSUM JUS CANONICUM P. LUDOVICI ENGEL COMPILATÆ

IN COLLEGIIS PRIVATIS

PLURIMUM REVERENDI, MAGNIFICI, ET DOCTISSIMI DOMINI

GASPARI BARTHEL,

ECCLESIÆ HAUGENSIS AD UTRUMQUE S. Joannem Herbipoli Decani, Reverendiſſimi & Celſiſſimi Principis, & Epiſcopi Vvirceburgenſis &c. Conſiliarii intimi & Eccleſiaſtici Profeſſoris per Orbem Celeberrimi.